Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

puli secreto dicentes. Dic nobis qn̄ hec erunt.
Et quod signum aduentus tui et consuma
cionis seculi. Et rndens ihs dixit eis. Videte
ne quis uos seducat. Multi enim uenient i
nomine meo dicentes: ego sum xp̄s et multos
seducent. Audituri enim estis plia et opiniones
preliorum: videte ne turbemini. Oportet enim
hec fieri: sed non dum statim est finis. Consur-
get enim gens in gentem et regnum in regnum:
et erunt pestilencie et fames et terremotus per
loca. Hec autem omnia inicia sunt dolorum.
Tunc tradent uos in tribulacionem et occidet uos:
et eritis odio omnibus gentib̄: ꝓter nom̄ meum.
Et tunc scandalizabunt multi et inuicem tra-
dent: et odio hebunt inuicem. Et multi pseu-
do et ꝓphe surgent: et seducent multos. Et q̄-
niam hundauit iniquitas: refrigescet caritas
multorum. Qui autem perseuerauit usq̄ in
finem hic saluus erit.
Dicit scd̄m lucam. ihs d. s. Attendite a fermento phariseorum:
qd̄ est ypocrisis. Nichil enim optum est qd̄
non reueletur: nec absconditum qd̄ non sciat-
quoniam que in tenebris dicistis in lumine
dicentur: et quod in aurem locuti estis in cubi-
culis predicabitur in tectis. Dico autem uob
amicis meis: ne terreamini ab his qui occidit